



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 96. Cardinales a Gregorio XIV. Papa creati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

tatis Maceratæ, statusque Eccle- Sæcul. XVI.
A.C. 1591.
siastici.

XIV. Præscripsit modum recipiendi
Novitios ad Societatem, sicut etiam
egit

XV. De Ordine Cisterciensium, ac
de Congregatione Regularium infirmis
ministrantium.

XVI. Moderabatur *indulta*, quæ S.
R. E. Cardinalibus super collatione be-
neficiorum concessa fuere.

§. XCVI.

*Cardinales a Gregorio XIV. Papa
creati.*

Ceterum Gregorius XIV. summus Pon- Ciac. tom. 4.
pag. 224.
tifex bina vice Cardinalium Col-
legium novis Purpuratis auxerat, &

quidem primo feria quarta decima no-
na Decembris octava, aut nona post
suam electionem die unicum creaverat
Paulum Æmilium Sfondratum Medio-
lanensem, Nepotem suum, Cremonen-
sem Episcopum, qui nominatus est Car-
dinalis Presbyter titulo sanctæ Cæcilie,
necnon Episcopus Albanensis, porro is
educatus fuerat sub disciplina sancti
Philippi Nerei, qui Congregationem
Patrum Oratorii Romæ erexerat: altera
autem inauguratione idem Pontifex die
sexta Martii hoc anno quatuor Præsu-
les Romana purpura decorabat, quo-

Hist. Eccles. Tom. LI. M rum

Sæcul. XVI.
A.C. 1591.

rum primus erat Octavius Paravicini Romanus tit. sancti Alexii. II. Odo- rardus Farnesius Alexandri Parmensis Ducis Filius, qui Cardinalibus Diaco- nis adscriptus titulum sancti Eustachii obtinuit, & postea Tusculanus Antistes renuntiatus fuit. III. Octavius Aqua- viva de Arragonia, patria Neapolita- nus, ibidemque Archiepiscopus, & Cardinalis Diaconus, tit. sancti Georgii in Velabro, demum vero Presbyter tit. sanctæ Mariæ de Populo: postremus erat Flaminus Platus Mediolanen- sis Sfondratorum Familiæ sanguine junctus, qui primo Cardinalis Diaco- nus tit. sanctæ Mariæ in Dominica, & postea tituli sanctorum Cosmæ, & Da- miani, ac denique Presbyter tit. san- ctorum Clementis, & Onuphrii, quo tamen paulopost relicto titulum sanctæ Mariæ de pace optabat.

§. XCVII.

Hujus Pontificis indoles.

Ciac. l. c.
Attichy flo-
res hist.
Card. t. 3.
pag. 527.

ENIMVERO hic idem summus Pontifex Gregorius XIV. eximiis animi doti- bus inclarescebat: erat enim in ora- tione assiduus, vitæ castimonia, ac sobrietate adeo insignis, ut nonnisi po- stremis vitæ suæ diebus vino uteretur. insuper singulis feriis sextis, nisi morbo præpediretur, jejunio corpus suum ma- cerabat,